

VII.

Rektorerne ved Aalborg Skole 1574—1684.

Efterfølgende Optegnelse, der formodentlig er forfattet af den sidste af de paa Listen nævnte Rektorer, findes i

¹⁾ Francisque André, Mémoire adressé au Roi, en 1484, par les habitants de Troyes, pour obtenir le rétablissement dans leur ville des foires supprimées à Lyon (Bulletin historique et philologique du comité des travaux historiques, 1890).

²⁾ Et viennent d'iceulx pays grant foison cires, peleterie crue, chaulx, et plusieurs autres marchandises, en XXII jours. — Det er fra Lybek, at rejsen tager 22 dage.

Gl. kgl. Saml. 3022. 4^o. Den supplerer den Fortegnelse over Rektorerne i Aalborg, som Hundrup i sin Tid publicerede i Programmet fra Aalborg Skole 1869, ligesom den atter paa flere Punkter kan udfyldes ved de af den nævnte Personalhistoriker indsamlede Oplysninger. For øvrigt udmærker den sig ved den Virtuositet, hvormed Forfatteren har varieret det latinske Udtryk for, at N. N. tiltraadte og fratraadte Rektoratet.

Matthias Joannis¹⁾, Alburgensis, Lycei patrii moderamen mense Majo an. 1574 suscepit.

M. Johannes Theodoricus, etiam Alburgi natus, Ludi-Magistri officio vacavit an. 1579. seqv.

M. Thomas Galskyt, vocatus an. 1583. vix ultra triennium in hac statione mansit, factus postmodum Ecclesiæ Hammerensis et annexarum in Vandalia Pastor. Obiit an. 1624.

Nicolaus Krogius, consumpto in hac arena biennio, Numinis pariter Sacerdos in utroqve Hassingensium coetu Vandalico, ad qvem an. 1588 migravit, salutari meruit.

Severinus Nicolai Julius²⁾, Viburgensis, officium aggressus an. 1588. in pulvere hoc Scholastico desudavit 3 annos; ordini demum Ecclesiastico associatus.

Joannes Petræus, Successor Julij nominatus 1591 mense Octobr., mortuus in officio d. 27 Mart. anni seq. 1592.

M. Wilhadus Nicolai³⁾, Tunderæ in Ducatu Slesvicensi natus, suscepit an. 1592 formandam in hoc Ludo juventam, subiitqve provinciam, sed nec diuturnam, avocatus qvippe brevi post ad Musas Wiburgenses, quas primum Scholæ Rector, ac porro Theologiæ Lector alacriter animavit.

Nicolaus Erasmi Aurifaber, cum aliquot annos huic literatæ Reipublicæ seminario præfuisset, Pastoris apud Skagenses primarii munus an. 1601 obtinuit, cum

¹⁾ Om dennes Forgjænger se Kirkehist. Saml. 4. R. I, 557—8.

²⁾ Søn af den i K. S. 3. R. IV, 527 f. omtalte M. Niels Sørensen Juel.

³⁾ Se K. S. 3. R. IV, 481 ff.

Eparchiæ Hornensis Præpositura postea conjunctum. Ad plures abiit an. 1631.

M. Joannes Holm¹⁾, qvem etiam, post aliquantum temporis in hoc stadio transactum, cura coelestium alio abstraxit.

M. Paulus Jani Coldingius²⁾, a. d. 22. Aug. an. 1605 ad 11 Julij 1608 Ludi Alburgensis Rector, postmodum Ecclesiæ Vindingensis, tandemque Herlufholmianæ in Selandia Pastor, et vicinarum Præpositus; mortuus d. 18 Octobr. an. 1640, ætat. 60.

M. Palæmon, vel, ut ipse nomen suum scribere solitus est, Palladius Canutius³⁾, in juniorum animis docte instruendis gnava qvadiennii operâ locatâ, munus Scholasticum sub finem anni 1612 resignavit, Ecclesiasticum in oppido Tistadiensi, qvamvis nec diutius, administraturus.

M. Svederus Pauli Kittingius, Alburgensis, volatico a primis juventæ annis ingenio præditus, et apud externos Jesuitarum Collegio aliquvandu associatus, saniozem tamen ad mentem postea reversus, urbis natalis Lyceo regundo præficitur, eidemqve præclaros ac fructuosos impendit labores, usqve ad annum 1617, qvo M. Palæmonis demortui locum (ut eundem sic utrobique decessorem habuerit) in Pastoralis apud Tistadianos officio supplet; tribui qvoqve Hunneburgensi, titulo demum Præpositi, Antistes datus. Viam lethi calcat d. 5 Julij an. 1643.

M. Johannes Samuelis, post abitum Kittingii, hanc Spartam, sed tempore non longo, ornavit, Antecessorum qvippe plerosqve imitatus, et inter sanctiores Vineæ Dominicæ operarios nomen festinanter professus.

M. Andreas Canutius, tenaciore propositi animo hinc literarum officinæ admotus, in Scholastico munere supremum diem obiisse dicitur.

¹⁾ Se Rørdam, Kbh. Univ. Hist. III, 753.

²⁾ Se anf. Skr. II, 644. III, 211 f. IV, 503. Danske Saml. 2. R. VI, 244 ff.

³⁾ Se K. S. 3. R. III, 733—9. 744.

Johannes Georgii, exiguo supra annum tempore Aoniæ juventutis moderator, Ølandiæ, circumfluæ a sinu Lymvico insulæ, Parochus postmodum factus.

M. Johannes Ægidius¹⁾, Ripensis, cum in conspicua hac palæstra annos 23 lacertos movisset, tandem ob virium et valetudinis imbecillitatem an. 1653 rude donatus, Præbendam Norvagicam pro reliqvæ (qvam tamen anno sequente finivit) vitæ sustentatione a Rege Serenissimo obtinuit.

M. Christianus Martini²⁾ Wiburgius arma sibi scholastica tradita vidit d. 13 Octobr. an. 1653. Obiit in officio d. 23 Mart. 1668.

M. Magnus Wingardus, Scholæ hujus Cathedralis primum Conrector, deinde an. 1668 Rector; cessit, Superioribus sententiam ferentibus, officio an. 1684³⁾.

M. Severinus Joannis Ware, ad ludi literarii regimen introductus d. 4 Novembr. an. 1684. Studiosæ juventutis commodo strenue adhuc invigilat.
